



Universitätsbibliothek Paderborn

Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In
sex partes tributæ

Quæ Meditationes Complectitur circa omnia Christi Domini Acta, ab eius
Baptismo ad finem vsque Prædicationis, Doctrinam, Miracula, Parabolas

Puente, Luis de la

Coloniae, 1612

6. De Apostolorum vocatione & electione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54633)

MEDITATIO VI.
DE APOSTOLORVM VO-
catione & electione.

PUNCTVM I.



CONSIDERANDA primū est Apostolorum, quos Christ⁹ elegit, quoad eorum naturalia conditio; & cū finis, ad quem eligebantur celsitate conferenda; ipsius etiam electionis causæ perpendendæ sunt. PRIMVM enim volens Christus a *duodecim* viros eligere, b qui *duodecim* essent *Ecclesiæ fundamenta*, ipse solā suā misericordiā c eos elegit, ac vocavit. & quidem non in nobiles, diuites, aut potentes Iudææ & Galilææ, nec in legis peritos, aut phariseos (qui illius temporis erant Religiosi) oculos cōiecit; sed in pauperes, humiles, rerū ignaros, & in vilibus & abiectis officijs versatos; & hos, illis relictis, eligere voluit. Cuius facti tres fuerunt causæ. Prima, quia esto, Deus (vt est apud Iob) non propterea d *quod potens sit, potentes abijcit*; aut quòd sapiens sit; sapientes repellit; sed tamē, quoniā ipse abiecit sese, vt fieret homo, pauper, humilis, & abiectus; venitq; ad hoc vt humilitatis nobis magister esset, voluit eā in omnibus exercere, discipulos pauperes & humiles habere eisq; sese coniungere, e *quia cum simplicibus sermocinatio eius* & cū humilibus corde; cū superbi huius mundi Magistri, contra

a *Mat. 4. 19*b *10. 2.*a *Marc. 1.*17. 19. c *3.*

14.

a *Luc. 5. 11.*c *6. 13.*b *Apoc. 21.*

14.

c *Iob. 15. 16,**non vos me**elegistis.*

I.

d *Iob. 36. 5.*e *Prou. 3. 23*

de discipulis secundum naturalia nobilibus magnisque gloriantur.

II.

fr. Cor. 1.
26.

g Mat. 11.
25.

SECUNDA causa fuit, quia volebat ipse discipulos in humilitatis spiritu excellere, quia dona sibi communicanda, & illustria facinora per ipsos à Deo facienda, non sibi, sed Deo authori attribuerent. Ideoque (vt ait Apost.) *fr non sapientes, nobiles, potentes, qui superbe esse consueuerunt; sed quae stulta sunt mundi, & infirma & ignobilia & contemptibilia elegit, & benè in suae vilitatis cognitione fundatos, qui ipsa praxi benè conscij essent eius quod ex se haberent: Ne gloriatur omnis caro in conspectu Dei: usurpans sibi quod re ipsa suum non est.* Ex quo discam, quanti referat, profundas in humilitate radices iacere, si ad res magnas pro diuino obsequio eligi cupio, iuxta illud quod ipse Christus in æterni Patris laudibus posuit, cum dixit: *g Confiteor tibi pater, Domine cæli & terra, quia abscondisti haec Redemptionis mysteria à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* O Pater æterne, laudo & glorifico te ob delectum, quem de humilibus habes, quibus diuina sua mysteria reueles: fac me paruulum in oculis meis, vt magnificam in tuis; quod me, vt tuæ omnipotentiae ministro, ad res magnitudine tua dignas utaris.

III.

HINC tertia oritur talis electionis causa, quod inquam, stupenda mundi conuersio non humano conatu aut viribus, sed virtuti diuinae tribueretur. Impossibile enim factum fuisset homines aded pauperes, & apud mundum

abie.

abiectos, superbo ipsi & auaro fidem adeo nouam, doctrinam adeo sublimem, legem adeo puram, vitamque seueram (qualis est vita Evangelica) persuadere, nisi Dei omnipotentia tale opus perficeret; nisi dextera Dei altissimi talem faceret in huiusmodi hominum mentibus mutationem. Propter quam ingentes gratias illi agam, perpendens, simile quid euenire in minoris mundi animæ meæ conuersione; quam nullæ humanæ vires valerent ad Deum trahere, nisi ipsius virtus iuua-
 ret; nec cum Dauide dicere liceret, h *Nunc h Psal. 76. 11*
cœpi nouam vitam, nisi quia hac est mutatio
dextera excelsi.

PUNCTVM II.

CONSIDERANDA deinde est virorum istorum, quos Christus elegit, conditio, quoad moralia, hoc est virtutes aut vitia, bonos prauosve mores, perpenso vitæ genere, ex quo illos eduxit, causisque, ob quas id fecit.

PRIMUM ergo perpendam; vocationis diuinæ duas tantum esse causas, infinitam Dei misericordiam; & Christi Domini merita, propter quem (vt ait Apostolus) a *vocauit nos, a 2. Tim. 1.*
vocatione sua sancta, non secundum opera no-
stra, sed secundum propositum suum & gratiam,
que data est nobis in Christo IESU. Quamuis interdum in huiusmodi, vocatione Deus ad aliquas eorum, qui vocantur, dispositiones, respiciat; vt fini, ad quem vocantur deseruire

possint: quò alios etiam ad similes dispositiones procurandas excitet: Interdum autem etiam non ornatos talibus vocat; quo intelligamus, vocationem ipsam à mera ipsius gratia provenire: ne, qui eas dispositiones habent, existiment, se propter illas vocatos: & qui eis carent, ne desperent se propterea vocandos. At propterea à Evangelistæ has vocationes benigno blandoq; Christi aspectui tribuunt, qui benigniores oculos, in eos coniecit, quos vocavit; quàm quos reliquit, & vocare potuisset, si ita placuisset. Omnia hæc in Apostolorum vocatione sunt perpendenda; mihiq; quantum me concernunt, applicanda.

I.

PRIMUM. Aliquos discipulos accepit Christus ex schola S. Ioan. Baptistæ, apud quæ studiosè versati erant; quò illà etiam scholà hoc afficeret honore; & simul ostèderet, cõplacere sibi huiusmodi homines ad res magnas obsequij sui adhibere. Horum primus, qui Christi secutus est, fuit b. *S. Andreas*, in quo duplex fuit mirabilis ad talè vocationem dispositio, quæ Evangelistà insinuat, 1. quòd magno teneretur perfectionis propriæ desiderio, & sequendū quod melius iudicabat. Etsi enim diu in S. Ioan. annis schola fuisset versatus, statim tamen ab eo cognovit, Christū esse Agnum Dei, Magistro suo relicto, secutus est Christum, tanquam aptiorem, à quo maiorem speraret perfectionem addiscere: 2. quòd magno zelo tenebatur, vt fratres sui eandem perfectionem assequerentur, dum eos vocavit & inuitavit ad eum

ad eum sequendum, quem ipse sequebatur. & ita statim ac *c fratrem suum Simeonem inuenit, eum ad Iesum deduxit.* Quæ duæ dispositiones eum apertè rediderunt, vt Christus ad se vocaret, quòd aptissimæ essent ad Apostoli munus, cuius finis est propria & proximorum salus.

c Ioan. 1.42

II.

SECUNDÒ vocauit Christus alios virtuti deditos, ad bonũ propensos, & in bonas actiones incubentes, quo sic virtuti honorẽ conciliaret, nosq; ad laudabilia earũ exercitia permoueret. Inter hos fuerũt quatuor illi, qui in *d Mari Galileæ piscabantur, Petrus, Andreas, Iacobus & Ioannes*, in quibus duæ aliæ virtutes splèduerunt. *Vna*, quòd duræ & humili occupationi essent intenti, vt otium fugientes, victum sudore vultus sui quærerent, vsq; ad retium suorum proprijs manibus refectionem. *Altera* fuit insignis & stricta germanitas mutua inter se: vt qui non solum secundum carnem fratres essent, sed etiam spiritu, & magna sese mutuò iuuandi voluntate; vt idem quisque alteri, quod sibi bonum cuperet. Quæ duæ dispositiones aptissimæ etiam erant ad Apostolatus officium, quod in charitatis vnctione, & in aliorum commodum laborandi desiderio fundatur. & in omnibus his quatuor contendam excellere, si cupio à Christo eligi in discipulum, & in magnis eius obsequij rebus occupari.

d Matth. 4. 14.

III.

TERTIÒ vocauit quosdam insignes peccatores, & ad malum propensos, rebusque huius

vita

c *Matt.* 9. 9.
Luc. 5. 27.
 f *Act.* 9. 7.

g *Psal.* 134.
 7.

h *Ierem.* 51.
 16.

vitæ tenacissimè adhærentes: quos ex mundo huius pelago, & peccatorum abyfso eduxit, sicut e *Matthæum*, & postea f *Saulum*; vt in eius gratiæ suæ vim & misericordiæ magnitudinè ostenderet, ne quis peccator desperaret, aut de eius misericordia, tanquam ab ea exclusus diffideret, qui omnes complectitur, & omnibus cupit benefacere. O supreme Magister, & infinitè misericors, laudent te Angeli pro tanta misericordia, qui non dedignaris homines adeò viles in discipulos, & graues adeò peccatores in Apostolos ascissere. g *Educo* (sicut ait *Dauid*) *nubes ab extremo terra*, quia de terrenis hominibus cœlestes efficis; ex frigidis & siccisq̄ue cordibus feruentes deuotosq̄ue facis prædicatores, qui instar h *nubium eleuata* volant per orbem, quem sua doctrina admirabiliq̄; vitæ exemplo irrigant. Respice in me Domine, misericordiæ oculis, aspectuq̄ue tuo consume affectiones omnes terrenas in me, & ad cœlestium desideria eleua, quò misericordiæ tuæ thesauros in homine tot miserijs plenissimo manifestes. Glorifica, anima mea, Deum tuum, qui ad suam te scholam immerentem vocauit, multis alijs in errorum suorum abyfso relictis. colloca te ex humilitate in extremo terræ, quò te sol ille iustitiæ respiciat, eleuetq̄ue tanquam nubem ad altitudinem cœli.

PUNCTVM III.

TERTIO considerandus est admirandus ille modus, quo in Apostolorum vocatione vsus est Christus. Perpendendo verba, suauitatem & efficacitatem huius vocationis, quæ non eadē fuit in omnibus. quosdam enim paulatim ad se sequendum allexit; alios primo intuitu traxit; quosdam verbis, officio & occupationi ipsorum accommodatis; alios simplici verbo, & imperio quodam diuino.

Nam primū Andream & Petrum sensim allexit, ter (vt August. & alij Doctores dicūt) eos vocans. *Primū*, vt ipsum agnoscerent, in *hospitium suū* admisit, duabus aut tribus horis vesperi, & familiariter cum eis, sicut cum alijs multis agens. *Secundō*, eosdem vocauit, vt suam doctrinam audientes, strictiori sibi familiaritate eos cōiungeret, sicut alios etiam discipulos admittebat. *Tertiō*, omninō ad perpetuam sequelam, *creliū suis omnibus*, vocauit. Quam vocandi rationem Christus ita direxit, vt doceret homines ordinariā lege, gradibus quibusdam ad perfectionem conscendere, per tres videlicet illas vias statusve notos, Incipientium, Proficientium, & Perfectorum. Nam diuinæ inspirationis semen (ipsomet Christo teste) primum prodit in herbam; mox in culmum & spicam magnam; ac demū in plenum ac solidum in spica ipsa

gra-

I.

2. De Con-
sen. Euang.
c 17. & P.
N. Ignat.
a Ioan. 1. 39.
Luc. 5. 10.

c Matt. 4.

19.

Marc. 1. 18.

granum: primùm enim ad leuiora aliqua opera nos inducit; & si obtemperemus, mox ad maiora & altiora promouet: & in his quoque obsequentes, perfectis operibus replet. Et quo discam, quanti sit momenti cuiusque inspirationi & vocationi interiori, etiam ad parua & ordinariam orationem inducenti obtemperare: eâ enim obedientiâ me ipsam reddam aptiorem, quem Deus ad maiora, & ad excelsiorem vocet orationem.

II.

SECUNDO alios ictu quodam & primo aspectu suo vocauit: ad voluntatis suæ manifestandam omnipotentiam: dum quos vult ex profundo, in quo hæsitant, ex tempore commutatis eorum cordibus, extrahit, hac ratione vsus videtur ergo filios Zebedæi, cum parente circa piscationem & retium refectionem occupatos; & erga S. Mattheum in Telonio sedentem, cambijs cum alijs immersum: quem tali & fune, difficillimo, qui rumperetur, ligatus praua inquam inclinatione, multarum diuitiarum possessione, & publico telonarij officio, & societate & commercio cum reliquis publicanis, simplici tamen illo verbo *sequere me* extraxit, malam eius inclinationem & habitum vnico tractu ita euellens, vt omnes diuitias, officium & socios dimitteret. ostenso hoc facto gratiæ suæ efficacitate, & potestate, quam in ipsam naturam habet.

d Eccl. 4. 12

In his viris me ipsum considerabo, perturbationum mearum & inordinatarum al-

fectio-

fectionum, negotiorum, & curarum sæculi
retibus irretitum & illaqueatum, ac debilem
adeo, vt proprijs viribus me ab eis expedi-
re non possim; aded potius ad eadem addi-
ctum, vt neque velim nec desiderem me ex-
pedire, potius miser hic status ita arridet,
& sic manere perplacet: vt (iuxta prophe-
tam) *e immolem sagena mea, & reti meo* c *Habac. 1.*
sacrificem: dum affectiones has meas; & ^{16.}
res ipsas terrenas, & voluptatem adferen-
tes, sicut idola colens eisdem totus illigor
& irretior.

Verum IESU CHRISTI Domini nostri
misericordia aded magna ac potens est, vt
vel verbulo efficere possit: viresque adde-
re, ad me expediendum me ab eis & omnia
relinquenda. O DEVS omnipotens, f *dis. f Psal. 115.*
rumpe velociter vincula mea, ne amplius reti ^{17.}
huic affectionum mearum, *sed tibi sacrifi-*
cem hostiam laudis: tuumque nomen inuo-
cem. O anima mea, ne diffidas, quin te li-
beram, & in meliorem mutatam videre pos-
sis: *g facile est enim in oculis Dei subito hone* g *Eccl. 11.*
stare pauperem, & vnico aspectu suo omnem ^{23.}
tuam miseriam reparare. h *Rex enim, qui se* h *Prov. 20. 8*
det in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu
suo.

TERTIÒ perpendam, Christum Do-
minum imperio quodam Matthæum & al-
ios vocasse, verbo illo *sequere me*, nullâ
aliâ eis reddita ratione: quamuis intus
eis reuelaret plurimum eorum interesse, si
acqui-

III.

acquiescerent: quatuor verò illos piscatores, suaviùs vocavit illis verbis: *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.* Promissione illa eos alliciens ac si dixisset, nec propensionem vestram, nec officium abstraham, sed perficiam: loco enim piscium, animas celo, prædicatione vestra piscabimini.

EX quo apparet, Deum accommodare gratiam suam ei bono, quod est in ipsa natura, illud adhuc magis perficiendo: quò simul utraque familiariter gradiens, finem suum suaviùs consequantur. & ita gratia vocationis Christiani propria multum cõfert ad malæ naturæ propensiones compescendas, sicut in Matthæo; bonas verò perficiendas, ut in piscatoribus illis, quorum vocationem mihi ipsi applicans, videbor mihi audire Christum Dominum cordi meo loquentem: abijce retia quibus capis voluptates, & huius vitæ commoda: venique post me, consilia mea amplectere; & ego te aliarum voluptatum bonorumq; cœlestium faciam piscatorem; imò & hominum, quos verbo & exemplo tuo celo lucraberis.

EX dictis concludo, finem Apostolicæ vocationis duas partes cõplecti; alteram ut ipsi Christum perfectam virtutum eius imitatione sequantur; alteram ut alios ex huius mundi pelago abducant, qui idem faciant. Quod posterius in priori habet fundamentum: stultum enim esset alios, ne periclitentur, ex manu educere; si propterea ego submergerer, &

Christo

Christo sequendo ego retardarer : vt alios ad id deducere.

PUNCTVM IV.

CONSIDERANDVM denique, quàm fuerit excellens Apostolorum in acquiescendo Christo vocanti obedientia! Vt enim aiunt Euangelistæ, a *Cum Petrus & Andreas retia sua in mari laxarent; & filij Zebedæi cum patre suo in naui retia repararent*, b & Matthæus telonariæ intentus esset. a *Statim* vocante Christo, & a *continuo relictis omnibus secuti sunt eum.*

IN hac obedientia indicarunt ipsi tres excellentis huius virtutis proprietates. PRIMA præcipuaq; fuit, captiuare intellectum & iudicium proprium in obsequium Christi; sese eius præscripto absq; replica & rationū, q̄ ad se excusandū, vel iussa differēda in cōtrarium cōcurrere poterant, allegatione. Nam S. Petr. prætere potuisset, filix educationem, familiæ sustentationem, ac de rebus domesticis dispositionem: Ioannes & Iacobus, quod parentes haberent seniores, suiq; laboris ad sustentationem indigētes: Matthæus, quod rationes haberet cum multis implicatas, multamq; pecuniam negotiationi expositam; ac propterea necessarium esse de omnibus disponere. Nihil horum prætexerunt, sed iudicium suum absolutè mandatis Christi subiecerunt & in diuinam prouidentiam confidenter sese proijcientes, cæca quidem obedientia

III. Part. Medit.

G

sed

a Matt. 4.
10. b & c.
9. 9.

a Marc. 1. 18
b & c. 2. 14.
a Luc. 5. 11.

b 27.
Tres perfecta obedientia gradus.

I.

sed non stulta at prudenti obtemperarunt. illustratio enim interior diuinæque gratiæ vis, ac diuinitas, quæ in Christi vultu & verbis emicabat, illos conuicit, vt sese totos ei traderent.

II. SECUNDA OBEDIENTIAE perfectio fuit voluntatis, quam promptissimè Christi voluntati subiecerunt, exuentes quicquid affectus amoris ad vxorem, filios, parentes, cognatos ipsasque fortunas haberent; quæ licet parua essent, plurimos tamen, Gregorio teste, iudicati sunt reliquisse; vt qui voluntate ac desiderio aliquid aliud, quàm ipsum Christum, habendi sese spoliarent. Cuius causâ S. Petrus dixit: *c Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.* Non dixit: reliquimus omnia, quæ habebamus; sed absolutè: *Omnia*, vt ostenderet se omnia, quæ habebant, & habere poterant reliquisse, parentes, fratres, cognatos, amicos, vxores, filios, fortunas, & quicquid iuris ac eas habere potuissent, ac seipsum demùm, libertatè, voluntatem; & si opus esset, honorem, & vitam ipsam, quia omnibus vt Christum sequerentur, renunciarunt.

*Homil. 5. in
Euang.*

*c Matt. 19.
27.*

III. *Chryf. Homil. 14. in
Matth.*

TERTIA perfectio fuit EXECUTIONIS: quæ fuit velox, in puncto, alacris nullâ morâ, nec per instans quidem interposita absque repugnantia, aut tristitia, & licet ante oculos essent, quæ aliàs amabant, aut magnificiebantur, parentes, retia, pecuniæ, nihil tamen hæc illos remorata sunt: sed tanquàm serpentes omnia illa fugerunt. Qui extensa habebant in mari

retia

retia, statim ea abiecerunt: qui ea reparabāt, non sunt vel ad punctum progressi: qui libros rationum apertos habebat; & pecunias in ipsis mensis, reliquit eo modo, quo erant, cū verbum *sequere me* audiuit, idq; tanta animi voluptate, vt è vestigio instruxerit conuiuium ipsi Christo, & eius discipulis aliisq; publicanis, quò interior lætitia etiam in exteriora prodiret. O DEI omnipotentia miracula! d *O mutatio dextera excelsi! e O Sol tripliciter exurens montes, radios igneos exufflans & resurgens, radijs suis obacat oculos.* concede mihi obedientiam cæcam, feruentem, ac diligentem, quam montibus his Apostolicis contulisti; vt tibi obsequens sicut illi, perueniam ad regnum cum illis per omnia sæcula. Amen.

d *Psal. 76. 11*
e *Ecccl 43. 4.*

PUNCTVM V.

PERPENDENDA denique sunt præmia propter hanc obedientiam à Christo Apostolis collata. *Primum* enim eos ad maximam omnium, quas in Ecclesia sua instituit, dignitatem euexit, quæ est a *Apostolatus*, suos illos constituens Legatos, qui ipsius vices authoritatemq; in Euangelicæ legis per vniuersum mundū prædicatione sustinerent.

I.

a *Matt. 10. 2*
a *Marc. 3. 14*
a *Luc. 6. 13.*

DEINDE illos elegit, teste Marco, vt *essent cum illo*, & strictiorem cum eis familiaritatem haberet, omnium secretorum suorum conscios illos faciens, quibus postea dixit:

II.

G 2

b *Iam*

b Ioan. 15. 25

b *Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat Dominus eius: vos autem dixi amicos: quia omnia quaecunq; audiui à patre meo, not a feci vobis.*

III.

TERTIO, maiores eis gratias ac dona quàm omnibus Veteris Testamenti & Noui, qui eos secuti sunt Sanctis, contulit. non modò quo ad sanctitatem, sed etiam quo ad sapientiam, & potestatem miracula patrandi, & reliquas gratias quæ gratis datæ dicuntur: quâ de causâ dixit Apostolus eos c *primitias Spiritus* habuisse, & esse d *gloriam Christi*.

c Rom. 8. 23

d 2 Cor. 8.

23.

IV.

c Matt. 19.

28.

QVARTO, eisdem promisit: e *Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ; sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* eo quòd ipsi obediuerint, ac eius inuitu & amore reliquerint omnia: quibus & in hac ipsa vita centuplum dedit, quàm illi reliquerint. Quod si ita est, vti diximus, eos efficaci voluntate omnes fortunas honores ac voluptates reliquisse, quas vel optare potuissent: quod eis ipse Christus dedit, centies millies plus fuit, quàm quod ipsi reliquerunt. tales enim gratias, dona, & spirituales consolationes illis dedit, vti omnia quæ reliquerunt incomparabiliter excederent. Vt verò nos ipsos excitaremus, ad simile quid præstandum, atque Apostoli præstiterunt; eadem nobis promisit, quæ illis, vti suo loco videbimus. O mi Redemptor, si quidem eos, qui Vocationi tuæ obediunt, libera-

6. Part. Meditat. 48.

libus

libus adeo præmiis afficis, æquum est, vt & ego in hac vita tibi obsequar, vt eò peruenire liceat, vbi gloriâ tuâ fueris. Amen.

MEDITATIO VII.

DE VNIVERSALI VO-
catione, qua CHRISTVS Dominus
omne genus hominum ad seipfos
abnegandos, & crucem pro-
prium tollendam
vocat.



QVONIAM S. Ioanne *Matth. 16.*
teste. a In hoc aperuit fi- *24.*
lius Dei vt dissoluat ope- *Marc. 8. 34.*
ra Diaboli, præmittemus *Luc 9. 23.*
vocationem, qua dæmon *a 1. Ioan. 3. 8*
homines ad se sequendum
contra Christi crucem in-

uitat: subiciemus: primo ipsius Christi voca-
tionem: vt vtram. s; conferentes intelliga-
mus, vtrum audire exp. diat & sequi. & vtra-
que meditatio multum adferet lucis ad rectè
faciendam status vitæ Electionem: qui
nostra saluti maxime sit con-
ueniens.